Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



secda.

cognoscitis. Quia ñ potestis audire sermonem meum.
vos ex patre diabolo estis. & desidia patris uri uultis
facere. Ille homicida erat ab initio. & in ueritate ñ
stetit. qa ñ est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium. ex
propriis loquitur. quia mendax est & pater eius. Ego autem qa
ueritatem dico. ñ creditis mihi. Quis ex uobis arguet
me de peccato. Si ueritatem dico. quare uos ñ creditis
mihi. Qui est ex deo. uerba dei audit. Propterea uos ñ auditis.
qa ex deo ñ estis. Respondunt igitur iudei. & dixerunt ei. Non
ne bene dicimus nos. qr samaritanus es tu. & demonium
habes. Respondit ihe. Ego demonium ñ habeo. sed honorifi
co patrem meum. & uos inhonorastis me. Ego autem ñ quero
gloriam meam. est qui queratur & iudicet. Amen amen dico uobis.
si quis sermonem meum seruauerit. mortem ñ uidebit in
eternum. Dixerunt igitur iudei. Nunc cognouimus. qa demonium
habes. Abraham mortuus est & prophete. & tu dicis. si quis ser
monem meum seruauerit. ñ gustabit mortem in eternum.
Numqd tu maior es patre nro abraham qui mortuus est.
et prophete mortui sunt. Quem te ipsum facis. Respondit ihe.
Si ego glorifico me ipsum. gloria mea nihil est. Est pater meus
qui glorificat me. quem uos dicitis qa ds nr est. & ñ cogno
uistis eum. ego autem noui eum. Et si dixero qa nescio eum.
ero similis uob mendax. Sed scio eum. & sermonem eius ser
uo. Abraham pater uster exultauit ut uideret diem meum.
uidit & gauisus est. Dixerunt igitur iudei ad eum. Quinquaginta
annos ñdum habes. & abraham uidisti. Dixit eis ihe. Amen
amen dico uob. ante quam abraham fieret ego sum. Tulerunt igitur lapides. ut iacerent in eum. Ihe autem abscondit
se. & exiuit de templo. Et Preteriens ihe uidit hominem
cecum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rab
bi. quis peccauit hic aut parentes eius ut cecus nasceret.
Respondit ihe. Neq; hic peccauit neq; parentes eius.
sed ut manifestentur opa dei in illo. Me oportet opari

In. i. t. d. d. i. t. i. & pn. sac.

In. i. t.